


8. Amplitudo anguli est penes arcum super equalibus cruribus ei subtensum:

Spherici } penes { Maxima } qui ex ipso angulo } polo dicta Maxima } descri-
 plani } arcum { Circuli } lo tanquam { centro dicti Circuli }
 ptus, ipsum angulum subtendit.



9. In triangulo plano, ipsa latera sunt proportionalia sinibus oppositorum angulorum: In spherico vero, subtensi ipsis lateribus circularibus seu arcibus sinus, sunt proportionales sinibus oppositorum angulorum. Hic enim sunt subtensi lateribus sinus pro ipsis lateribus.

10. Radius Circuli seu maximus sinus in Canone subtenditur angulo Recto: Est enim angulus Rectus 90. graduum: siquidem tota peripheria circuli graduum 360. comprehendit in se quatuor angulos Rectos. Quodlibet enim punctum circumstunt quatuor anguli Recti, aut aliquot obliqui, omnes simul sumpti quatuor Rectis aequales. Itaque, ut quatuor anguli Recti ad totam peripheriam, seu in spherico ad totam Maximam: sic angulus ad centrum, seu in spherico ad polum, ad ei in ipsa peripheria seu Maximam subtensum arcum.

D 3